

20.731

ASSERTA JURIDICA

EX VARIIS

LIB. I. IMPERIALIUM

INSTITUTIONUM

TEXTIBUS DE PROMPTA:

QUAE PUBLICAE DISPUTATIONI PROPONIT

D. PETRUS LIMINIANA,
& Azór, Phil. Mag. Sac. Theol.
Doct. & in minor Ordin.

constitutus.

CUI PATRONUS ADERIT

D. TIMOTHEUS CAVANES J. C. Dr.
adque hus. Univ. Cathedricus.

LOCUS CERTAMINIS FLORENTISSIMA
Orcellensis Academia.

Die 19 Mensis *Januarii* Anni M.DCC.LXXVI.

Ortore: Ex Offi. Josphi Vincen. Alagarda & Eysarch.

Archivo Histórico
Orihuela

R. 20.731

LIBRARY OF THE
MUSEUM OF NATURAL HISTORY
AND
ANTHROPOLOGY
OF THE
SMITHSONIAN INSTITUTION
WASHINGTON, D. C.
20560



QUAMPLURIMIS de causis
Doctōr Angelice,
victum Justitia me
nosco , ut has primas , licet
perexiguas Juris-P rudentiæ
fruges Tibi humillimo corde
rependam. Nam si aquas
Sapientiæ in Philosophia , ac
Theologia potavi perabun-
de,

de, non ne quia ex Te limp-
pidissimo Fonte illas haurivi?
Porro, ut paucis concludam;
(vereor enim, ne maxima-
rum rerum, cum amplificare
velim imminuam potius mag-
nitudinem.) Quid tam dig-
num, tam æquum, tam denique
justum, quam discipulum Ma-
gistro vovere quæ didicit,
consecrare quæ colligavit?
Itaque munusculum istud tot
Tibi rationibus sacrandum,
benevolo aspice intuitu.

* (1) *

†
* * IHS * *

DE JUSTITIA.

I.



ILLUSTRISSIMA ILLA
Virtus, rerum pu-
blicarum genitrix,
custos, ac modera-
trix, perpetuum
humanæ societatis;
vinculum, publi-
cus quidem pacis,

tranquilitatis, totiusque publici boni
Thesaurus Justitia recte ab Ulp. defini-
tur: *Constans, & perpetua voluntas jus-
suum unicuique tribuens.*

II. Dividitur I. Justitia in genera-
lem, quæ importat ordinem partium
ad totum, & est rigorosa Justitia; &
in particularem. 2. Particularis in dis-
tri-

tributivam , quæ ordinat totum ad partes , & in commutativam , tanquam in duas species realiter distinctæ , & strictam rationem Justitiæ obtinentes.

III. Justitia vindicativa , quæ est in Judice ; quatenus nititur levare partem lessam ab accepto gravamine , & injuriam illatam reparare , est actus Justitiæ commutativæ ; ut tamen est in subditis vindictam postulantiibus , non est vera Justitia , sed pars potentialis illius , quæ dicitur vindicatio.

ED JURE N. G. ET C.

I. **J**URIS naturalis (quod non scribitur , sed innascitur , & profluvio quodam naturæ fonte humanis ingeniis hauritur) Autor est Dens , quod tunc nobis imprimat , cum lumen vultus sui super nos signat.

II. Jura naturalia , ita firma , & immutabilia permanent , ut nullam mutationem proprie dictam pati queant. Aliquam interpretationem possunt admittere ; non tamen epikeiam.

III. Ne-

III. Nulla potestas tam Ecclesiastica, quam civilis dispensare valet in iis, quæ sunt juris naturæ.

IV. Neque Deus ipse, qui fidelis permanet, & seipsum negare non potest, proprie quit dispensare in ulla lege naturali, sive intra Decalogum, sive extra.

V. Jus Gentium, quod quasi communi hominum conspiratione, humanis necessitatibus exigentibus, sine scriptis introductum est; magnam quidem affinitatem habet cum jure naturali; proprie tamen sub illo non comprehenditur.

VI. Jus Civile est: *Quod quæque Civitas sibi proprium constituit*; Ex quo patet, quod non sit idem apud Omnes. Aliud est civile in genere, aliud in specie; Istud aliud merum, aliud mixtum. De quibus si oportuerit dicam.

DE JURE SCRIPTO.

I. **L**EX cum respectu ac statum monarchicum est: *Commune præ-*
sep-

* (4) *

scriptum in bonum publicum, & utilitatem
subditorum, à suprema potestate latum,
promulgatumque.

II. Lex ut veram rationem legis obtineat
debet ad eam communitatem dirigi; nec satis
est ut uni, aut alteri imponatur: Immo de-
bet esse propter bonum commune, ut
propter finem.

III. Etiam de ratione legis est, ut
sit justa ex parte finis, Legislatoris, &
formæ. Ut sit permanens duret, & obli-
get saltem indefinite, quousque non re-
vocetur.

IV. Promulgatio etsi requiratur ad obli-
gationem tanquam indispensabilis conditio;
Non vero ad substantiam ipsius legis.

V. Ut lex obligatoria sit, accepta-
tio populi minime desideratur.

VI. Leges tam Ecclesiasticæ, quam
civiles non obligant cum periculo vitæ;
Alquando tamen possunt obligare.

VII. Principes, seu Legislatores non
obstringuntur suis legibus vi coactiva,
sed directiva dumtaxat.

DE JUR.

DE JURE NON scripto.

I. **C**onsuetudo, quæ vim, & effectum legis habet, sic optime describitur: *Jus non scriptum moribus utentis populi intrudum, & tacito summe potestatis consensu approbatum.*

II. Alia est juxta, alia præter, alia contra legem. De requisitis ad introducendam consuetudinem, interroganti libens dicam.

DE JURE PERSONARUM.

I. **S**UMMA, principalis, & generalissima divisio personarum hæc est: Omnes Homines, aut liberi sunt, aut servi. Liberi sunt, qui libertate gaudent, quæ est: *Naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quid vi, aut jure prohibeatur.*

II. Ser-

II. Servi sunt, qui justam servitute[m] serviunt, quæ sic describitur: *Constitutio juris gentium qua quis alieno dominio contra naturam subjicitur.*

III. Liberi, aut sunt ingenui, aut libertini. Ingenuus est, qui nativam habet libertatem. Libertini sunt: Qui ex justa servitute manumissi sunt. Quod variis modis contingere potest, de quibus in Palestra.

IV. Non tamen cuique volenti manumittere licet: Nam is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit; quare manamissio est ipso jure nulla.

DE PATRIA potestate.

I. **J**US illud, quod Parentes habent in personas liberorum; triplici ex capite provenit, nempe, justis Nuptiis, sive Matrimonio, (quod est: *Maris, & femine donjunctio individuum vitæ consuetudinem retinens,*) Legitimatione, & Adoptione.

II. Ut ex Nuptiis Patria potestas descendat, opus est, ut contrahantur juxta præ-

præcepta legum, scilicet; Ut contrahentes sint cives Romani, Masculi XIV. annorum, feminae XII. De jure Can. etiam inter servum, & Ancillam verum contrahitur matrimonium.

III. Etiam necessario requiritur, ut consensus parentum adhibeatur. Hoc de Jure Canonico, tantum ex pura honestate desideratur; adeo, ut ex Decret. Trident. anathemate damnantur contrarium asserentes.

IV. Postremo: consensus liber contrahentium requiritur qui ex Decret. C. T. debet esse manifestus coram Parrocho, & Testibus, & aliter contractum Matrimonium est ipso jure nullum.

DE LEGITIMATIONE.

I. **A**LIUS modus constitutivus patriæ potestatis est legitimatio, quæ fit, aut per Rescriptum Principis, aut per subsequens matrimonium, (etiam in mortis articulo contractum; modo legitimanorum consensus adhibeatur; & proles ex illis sit concepta, inter quos matrimonium minimè legibus interdictum fuerat. DE

DE ADOPTIONIBUS.

I. **A**LIA causa inductiva patriæ potestatis est adoptio optima naturæ imitatrix ; ex quo patet, quod minor natus, maiorem adoptare nequeat; sed debet adoptans 18. annis adoptandū præcedere.

II. Quum Filius-fam. à Patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, jura patris naturalis minime dissolvuntur. Si vero non extraneo, sed alicui ex ascendentium linea dederit, non modo in familiam, verum etiam in potestatem adoptantis transit.

III. Impuberes ex cosntit. D. Antonini Pii adrogari possunt, causa cognita; & cum quibusdam conditionibus, quas referam si placet.

IV. Potest quis aliquem extraneum in locum Nepotis adoptare, quamvis filium non habeat; similiter, & Nepotem alienum in locum filii.

DE TUTELIS.

I. **T**UTELA, (ut Servius definivit)
est : *Vis, ac potestas in capite*
li.

libero ad tuendum eum, qui propter aetatem se defendere nequit, jure civili data, ac permessa.

II. Permissum est itaque Parentibus ex, lege duod. tab. liberis suis impuberibus quos in potestate habet, testamento Tutores dare. Matribus non aliter, quam si filium suum heredem instituerit; & tunc ex inquisitione a Magistratu confirmabitur.

III. Pater recte, & ipso jure Tutorem dat filio exheredato. Emancipato non ita; sed Tutor datus à Magistratu confirmatur omnino; id est sine inquisitione.

IV. Tutor dari potest filius-fam. Item Servus proprius pure; cum, vel absque excoestione libertatis.

V. Est autem tutela legitima: quæ defertur iis, qui ad legitimam hereditatem impuberis vacantur.

VI. Tunc locum habere dicitur tutela legitima: quando Pater intestatus decessit, saltem quoad tutelam; vel quando datus tutor mortuus, aut aliter ipso jure inhabilis factus est: non tamen si tutor remotus aut excusatus est; quia tunc à Magistratu dabitur.

VII. Que

VII. Quia omnis differentia inter agnatos, & cognatos ex jure novo sublata est tam quoad successionem, quam quoad tutelam; ideo, qui proximus est pupillo, sive, agnatus sit, sive cognatus, legitimus Tutor erit.

VIII. Tutela dativa tunc locum habet, quando, vel Pater in testamento Tutorem nullum assignavit, & nemo ex consanguineis adest, vel etsi Pater dederit: impeditus est. Quod quatuor modis contingere potest, quos referam si placet.

IX. Quando tutor à Magistratu datur, pure, & absque conditione debet dari.

X. Autoritas Tutoris in illis causis pupillis est necessaria, in quibus pupillus suam conditionem deteriore facit; quare pupillus contractum celebrare nequit; quod si de facto contraxerit absque autoritate Tutoris non obligatur nec adhuc naturaliter.

ANN. M.DCC. LXXVI. mane.

CUM FACULTATE SANCTÆ
Inquisitionis.

Vt. Baláguer
Ceor. Regs.

Miravéte,
Rector. Uni.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly obscured by the paper's texture and some damage.

